



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Sectio tertia. Vtrum hæc potestas sit verè & physice effectiua gratiæ &
supernaturalium operum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

Concilio Ephesino, dicente, *carnem Christi esse uiuificatricem propter unionem ad Verbum*: in quibus verbis satis significatur, & unionem ad Verbum esse radicem huius potestatis, & utrumque esse aequo permanentem in Christi humanitate. Secundo, quia voluntas Christi hominis, etiam si humana sit, est tamen voluntas diuinæ personæ, ergo oportuit, ut semper esset efficax, quantum absolute veller: atque adeo, ut haberet potestatem operandi miracula suæ voluntati subiectam. Tertio probari potest, quia supra ostendimus, alias gratias gratis datas animæ Christi, permanentem & per modum habitus fuisse concessas.

Obiisio. Sed contra, nam D. Thom. citato loco 2. indicat, fieri non posse, ut gratia miraculorum communetur creaturæ per modum habitus. Respondetur, D. Thomam solum significare, non posse hanc gratiam esse qualitatem aliquam permanentem, & habitum intrinsece inhaerentem, qui sit principium omnium harum operationum, quod verum est, ut ego existimo, & infra latius dicam. Neque in hoc sensu assero, hanc gratiam esse permanentem, & per modum habitus in Christi humanitate, sed solum quia semper, ac perpetuo habuit paratum Dei cōcursum vel motionem necessariam ad miracula efficienda, quotiescunque veller, sicut nūc vere dicitur sacerdos habere potestatem consecrandi permanentē, & per modum habitus, quamuis necesse nō sit, eam facultatem esse habitum aliquem inhaerentem, qui sit proprium principium illius actionis. Et hanc cōclusionem bene docuit Vega lib. 7. in Trident. c. 14. dub. 2.

Responso. Sed quæres primo, quando fuerit hæc virtus data humanitati Christi. Respondetur breuiter, ipsam facultatem quasi in actu primo datam esse ab instanti incarnationis, quia (ut dixi) est quasi proprietas cōsequens unionem, & nullum fuit impedimentum, quominus à principio dari posset: & ita docuit Anselmus, lib. 2. Cur Deus homo, cap. 13. in fine, at vero quoad vsum non constat, quando hac potestatem uti inceperit, quamquam enim Ioan. 2. dicitur, miraculum illud conuertendi aquam in vinum fuisse initium signorum Iesu, tamen non inde certo constat, illud fuisse omnino primum opus miraculosum, quod Christus in hac vita operatus est, sed solum fuisse primum publicū miraculum, quo cepit gloriam suam manifestare, & doctrinā suam cōfirmare, ut recte D. Thom. infra, q. 43. artic. 3. An vero ante illud tempus, aliqua miracula priuim fecerit non constat, quidquid enim de hac re scriptū est de infantia Saluatoris, apocryphum est, ut Gelasi⁹ Papa docet in cap. Sancta Romana. 15. dist. & Chrysost. hom. 16. in Ioan. Et Euthym. ac Theophyl. super Ioannem, absolute reijciunt, ut falsam sententiā asserentē, Christū in infantia mirabilia opera patrassē: quamquam Chrys. omnia mirabilia signa, quæ facta sunt in Christi natiuitate, ut de stella, quæ Magis apparuit, & similia, huic potestati & virtuti attribuat. Sed fortasse hoc intelligit de Christo ut Deo, potius, quā ut homine. Contra hoc vero referri posset hoc loco eorum sententia, qui asserunt, Christi animæ fuisse communicatam vim effectricem gratiæ ante creationem suam, & unionem ad Verbum, quæ vis pertinet ad hanc potentiam operatricem supernaturalium operum, ut supra dictum est: hæc vero sententia infra commodiori loco impugnabitur, est enim (ut opinor) improbabilis.

D. Thom. Quæres secundo, quam diu durauerit hæc gratia, seu potestas in Christi humanitate. Respondetur, ex quo illam accepit, nunquam esse illa priuatam: tum quia dona Dei sunt sine penitentia: tum etiam, quia (ut dictum est) illa est proprietas consequens unionem, quæ semper perseverat: tum etiam, quia pertinet ad perfectionem illius humanitatis, & nō includit imperfectionem statui beatitudinis repugnantem.

Dub. 2. Quæres tertio, quam diu durauerit hæc gratia, seu potestas in Christi humanitate. Respondetur, ex quo illam accepit, nunquam esse illa priuatam: tum quia dona Dei sunt sine penitentia: tum etiam, quia (ut dictum est) illa est proprietas consequens unionem, quæ semper perseverat: tum etiam, quia pertinet ad perfectionem illius humanitatis, & nō includit imperfectionem statui beatitudinis repugnantem.

Obiisio. Dices. Postquam Christus ad cælum ascendit, nō potest habere vsum huius potestatis. Respondetur, falsum hoc esse. Primo, quia si aliquid innē supernaturalis, vel simile donum pertinens ad accidentariam beatitudinem communicatur Beatis, credibile est, per Christi humanitatem fieri. Imo probabile est, omne lumen gloriæ, quod factum est, & sit in animabus beatis per Christi humanitatem fieri, ut Diuus Thomas sentit infra, quæst. 52. artic. 2. ubi de animabus sanctorum Patrum in limbo existentibus loquitur, est autem eadem ratio de omnibus alijs, quæ postea beatae sunt, & est hoc valde consentaneum dignitati Christi. Secundo verisimile etiam est, ipsam mortuorum resurrectionem, præsertim Beatorum, efficiendam esse per Christi humanitatem tanquam per instrumentum, nam totum hoc debetur eius dignitati, & meritis. Et ad hoc non incommode applicari potest illud Ioan. 5. *Sicut Pater suscitauit mortuos, & uiuificat, sic & Filius, quos vult uiuificare*, quamuis enim hoc præcipue intelligatur de Christo ut Deo, qui æqualem cum Patre habet potestatem: tamen satis accommodatè exponi potest de potestate communicata Filio, etiam ut homini, ut per carnem suam suscitare possit mortuos, sicut statim dicitur, *Patrem omne iudicium dedisse Filio*, quod recte de Christo homine intelligitur, ut infra suo loco dicitur: & ita hoc, quod intendimus, docuit August. tract. 19. & 29. & sequentibus: & D. Thom. infra quæst. 56. Tertio, omnes gratiæ, vel supernaturalia dona, quæ in Ecclesia conferuntur, per Christi humanitatem conferri, satis pie, & probabiliter credi potest: nam ille est, qui principaliter baptizat, qui cōsecrat, qui sanctificat: hi autem effectus ad vsum huius potestatis pertinent. Nam licet istæ actiones iam non dicantur proprie miraculose, quia non sunt insolita, & sunt secundum ordinariam legem gratiæ, simpliciter tamen supernaturales sunt, & ad potestatem supernaturalem efficientem pertinent. Denique, sicut Christus nunc retinet, & perfectissime exercet dignitatem capitis: ita & perfectissimo modo influit gratiam per vsum huius potestatis. Scio, Andream de Vega lib. 6. in Trid. c. 14. in fine, probabilius existimare, Christum in cælo nunc existentem non influere immediate in gratiam, quæ nobis confertur. Sed si intelligat, non immediate, id est, non sine alio instrumento propinquo, est id verum in iustificatione, quæ fit per sacramentum, non verò in alijs. Si vero intelligat (quod magis significat) humanitatem Christi per se non influere, nō est improbabile, quod ait, verius tamen credimus esse oppositum, quia nulla est causa sufficiens ad negandam Christo hæc dignitatē. Quod vero quosdam asserere audio, Christum per angelos hunc effectum conferre, intellectum de propria efficientia instrumentali, improbabile est, quia nullo fundamento, sed mere gratis asseritur: intellectum autem de causa ministeriali & morali, non est ad rem, ut per se satis constat.

Tertio quæri posset, quod sit ad æquatam obiectū huius potestatis, quod est quæres, ad quos eff. & se extendat. Sed hoc explicabitur commodius post sectionem 5. quia pendet ex modo, quo hæc potestas operatur.

SECTIO III.

An hæc potestas sit vere, & physice effectiua gratiæ, & supernaturalium operum.

*S*uppono, per potentiam physice actiuam, nos intelligere illam, quæ per realem & veram actionē operatur, & à qua effectus re ipsa pendet in suo esse. Multi ergo autores negant humanitatē Christi potuisse hoc modo eleuari, ut esset principium efficiens opera supernaturalia, & præsertim gratiam de qua frequentius autores loquuntur, quamquam eorum fundamentū generale sit, ita tenet Alexand. Alenf. p. 9. 13.

Altfiod.
Bonau.
Ricard.
Gabr.
Durand.
Scot.

p. q. 3. mem. 3. arti. 3. Altfiod. 3. p. summ. tract. 1. c. 4. q. 2. Bonau. & Ricard. in 3. d. 13. a. 2. q. 3. & ibi Gabr. dub. 3. Durand. dist. 14. q. 4. & in 4. d. 1. q. 4. & ibi Scot. q. 1. circa finem, agens de instrumento creationis, & q. 4. & 3. agens de vi effeſſrice ſacramentorum, & ibidem Bonau. & Ric. & multi Nominales, de eadem re diſputantes. Fundamentum eorum eſt, quia humanitas Chriſti, vt vere ac phyſice efficiat, oportet vt in ſe ſuſcipiat aliquam virtutem agendi, hæc vero nulla eſſe poteſt, quia nec poteſt eſſe qualitas aliqua, neque motus, neque aliquid huiusmodi, ergo. Maior conſtat, quia actus ſecundus eſſentialiter ſupponit primum, non ergo poteſt aliquid agere ſine virtute agendi. Secundo, nam eadem res in ſe immutata manens, nõ poteſt aliquid effecere, ad quod efficiendum de ſe virtutem non habeat, ſed humanitas de ſe non habet virtutem ad hæc opera, ergo oportet, vt illam recipiat per aliquam ſui mutationem, & alius rei receptionem; intelligi enim non poteſt, fieri potentior, manentem ſicut antea. Tercio, quia intelligi non poteſt, vt duæ res, quæ ex natura ſua non habent connexionem, nec dependentiam cauſæ & effectus, incipiãt illam habere eodem modo, vtrique permanente abſque additione vlla, quæ conferat virtutem agendi, & ſit principium, & ratio huius dependentiæ. Vnde inferi hæc ſententia, hæc poteſtatem efficiendi miracula, ſolum in hoc eſſe poſitam, quod inſallibiliter ad tactum, aut verbum, ſeu voluntatem humanitatis Chriſti ſtatim aedeſt diuina virtus ad opus conſiciendum, quod Chriſtus, vt homo, fieri vult, & quia hoc pactum eſt firmum, & inſallibile, ac perpetuum, ideo morali quadam ratione dicitur Chriſtus ad perpetranda miracula habere permanentem poteſtatem. Nec à ſenſu ſanctorum Patrum hæc expoſitio videtur aliena: Damafc. enim lib. *Quomodo ad imaginem Dei facti ſumus*, circa finem, cum dixiſſet, vim diuinam per tactum corporis ſanãſſe inſirmos, & diuinam voluntatem per humanam effeciſſe miracula, explanans hunc effectiõis modum, dicit, ſingulas naturas, diuinam & humanam, effeciſſe ſibi propria cum conſortio alterius, duabus tamen actionibus interuenientibus. Sicut, quando ſerra ignita, ſcindendo vrit: altera eſt actio ſecundi, altera vrendi, à diuerſis principiis procedẽtes. Sic, inquit, quando diuinitas tactu carnis ſanabat inſirmum, alia erat propria actio diuinitatis, altera humanitatis, & ſine humana actionis in manus extenſione, & tactu poſitus erat, diuina autem natura in excitatiõne puella, &c. Nec diſſimilia ſunt verba Athanaſij, ſerm. 4. contra Arianos; Humano, inquit, more manum extendit, diuinitas autem morbum compeſcuit. Et Sophronius in Epiftola ſynodica, quæ habetur in VI. Synodo, act. 11. Vnus, inquit, duarum naturarum, ſecundum aliam diuinam ſigna operabatur, ſecundum aliam humilã recipiebat. Et fere eodem modo Leo Papa, Epift. 10. cap. 4. Agit, inquit, vtrique forma cum alterius communione, quod proprium eſt, Verbo, ſcilicet, operante, quod Verbi eſt, & carne exequente, quod carnis eſt, vnum horum coruſcat miracula, aliud ſuccumbit iniuriis. Denique Auguſt. 22. de Ciuit. cap. 9. quanquam dubius in hac re ſit, ſatis tamen indicat, hunc modum efficiendi ſufficere ad intelligenda ea, quæ de miraculis Chriſti Scriptura docet. Quod tandem ita conſirmo, nam in multis operibus neceſſe eſt fateri, non interueniſſe actionem phyſicam, ergo pari ratione in nullo opere miraculoſo oportet illam concedere, quia omnia eodem modo Chriſto tribuuntur, & ita eodem ſenſu vera eſſe debent. Antecedens probatur: nam, quando eiiciebat dæmones, nihil phyſice in illis effecit, neque in anima Lazari, quãdo illam à ſinu Abraham ad ſepulchrum reuocauit: & ſimiliter cum ſolidauit aquas, ambulans in eis, vt Dionyſius loquitur 2. cap. de diuin. nominibus, nihil phyſicum in illis impreſiſit, ſed veſuſtinuit corpus, ne illas diuide-

Damaſc.

Athan.

Sophron.

Leo Pap.

Auguſt.

Dionyſ.

A ret, vel ære illas diſfluere non permiſit, & ſic de aliis ergo.

Nihilominus dicendum eſt, Chriſtum hominem per actiones ſuæ humanitatis, non ſolum morali modo, ſed etiam reali & phyſico, operatum eſſe opera miraculoſa, & iuſtificaſſe animas, conferendo gratiam, & ſimilia. Hæc eſt aperta ſententia D. Thomæ hic, artic. 1. & 2. ita enim concedit, Chriſti animam potuiſſe effecere miracula, ſicut negat, potuiſſe aſſumi ad creandum, vel annihilandum. Conſtat autem, ſi ſermo eſſet ſolum de concurſu morali, vel de conditione, ſine qua non, ſeu ad cuius præſentiam operatur Deus ex pacto certo & inſallibili, potuiſſe animam Chriſti concurrere ad annihilationem, & creationem: loquitur ergo D. Thomas de vera, & phyſica effectiõne. Idem ſentit infra quæſt. 48. artic. 6. q. 52. artic. 1. & 2. quæſt. 56. artic. 5. quæſt. 62. artic. 1. & 12. quæſt. 112. artic. 1. ad 2. & in 3. diſtinct. 14. q. vnic. artic. 4. & quæſt. 6. de potent. arti. 4. Caietan. h. c. & infra, quæſt. 62. & 12. quæſt. 112. artic. 1. Palud. in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. num. 32. 51. & ſe. ſent. quæſtibus. Soto, quæſt. 3. artic. 5. Capreol. quæſt. 1. artic. 3. ad argumenta contra quartam concluſionem, & diſt. 13. quæſt. 1. ad argumenta contra primam concluſionem, & in 3. d. 25. q. vnic. artic. 3. ad argumenta contra primam concluſionem. Ferrar. 3. contra Gent. c. 56. Vega lib. 7. in Trident. c. 11. Dried. tract. 2. de captiuit. & redempt. gener. hum. cap. 2. p. 3. artic. 6. quamuis eodem cap. 2. memb. 2. videatur docuiſſe contrarium, ſed in hoc loco videtur de cauſa principali locutus, in alio vero de inſtrumentali. Probatur, quia Scriptura ſacra ſimpliciter ita loquitur, dicens, Chriſtum hominem habuiſſe poteſtatem, & virtutem ad miracula faciendam, & ſimpliciter loquendo, ſanãſſe inſirmos, &c. vtpatet ex testimoniis ſect. præced. citatis. Et præterea Luc. 6. *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*. Ex cap. 8. *Ego ſenſi virtutem de me exiſſe*: vbi ipſum miraculoſum opus, virtutem vocatur, & manãſſe dicitur à Chriſto homine. Ioan. 1. *Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*. Ioan. 11. Sed hæc locutiones poſſunt proprie intelligi de phyſica effectiõne, hoc enim non repugnare infra oſtendimus, & eſt ſenſus magis conſentaneus proprietati ipſorum verborum, & alias pertinet ad perfectiõnem, & dignitatem humanitatis maxime accommodatam perſonali vnioni. Deinde quadrat optime cum modo, quo Chriſtus efficiebat hæc miracula per actiones humanitatis, tangendo, & impetando, Matth. 8. *Imperauit ventis, & infra, Volo, mundare*; & infra, *Terigis eos, &c.* Ioan. 11. *Laſa, veni ſortor*; & Iſai. 51. 2. 53. & ſepe alibi, Chriſtus dicitur brachium Domini, quia per eum mira opera efficit, vt Sancti exponunt. Denique locutiones Sanctorum, quæ ex Scriptura ſacra ſumptæ ſunt, multum huic ſenſui fauent. Concilium Ephēſ. can. 11. dicit, carnem Chriſti propter vnionem ad Verbum fuiſſe viuificatricem, & in VI. Synodo, act. 11. dicit Sophronius in citata epift. à Synodo recepta, Verbum per carnem ſuam effeciſſe opera, quæ erant diuinitatis indicia. Dionyſ. Epift. 4. ad Caium, præter actiones humanas & diuinas, ponit in Chriſto alias quaſi miſtas, quas vocat theandricas, de quibus agens Damafcen. lib. 3. cap. 19. duobus modis dicit aliquam operationem Chriſti vocari theandricam. Primo, quia nõ ſolum erat actio hominis, ſed etiam Dei, & hoc modo omnis operatio Chriſti poteſt dici Dei iuriſ. Secundo, quia Verbum per humanitatem, tanquam per inſtrumentum, diuinas actiones efficiebat, & hoc peculiari modo actiones miraculoſæ humanitatis Chriſti dicuntur theandricæ. Præterea Cyrill. in Exegeſi ad Valerian. Episcopum, quæ habetur in Concil. Ephēſ. tom. 6. c. 17. dicit, carnem Chriſti, quia viuificãtis Verbi propria effecta eſt, actionem eius participãſſe, & epift. ad Monachos Aegypti, quæ habetur tom. 1. c. 2. dicit, veniſſe Chriſtum hominem coeleſti virtute inſtrum-

D. Thom.

Palud.

Sent.

Capreol.

Ferrar.

Vega.

Dried.

Luc. 6. 6.

Ioan. 11.

Matth. 8.

Ioan. 11.

Iſai. 51.

Conc. Ephēſ.

Sophron.

Dionyſ.

Damaſc.

Cyrill.

etiam, & perfectiori modo, quam Moysen, miracula fuisse operatum, & lib. 2. in Ioan. cap. 5. & li. 4. ca. 14. aduertit, Christum interdum tactu carnis effecisse miracula, vt ostenderet, ipsam carnem fuisse cooperatricem. Plura alia habet lib. 1. de fide ad Reg-

Greg. Naz.

Athanas.

Chrys.

Greg. Nif.

Euthym.

Ambr.

Euseb.

Theodor.

Aug.

Crisp.

Trident.

Obiatio.

eleuari possint ad perfectiores actus in eodē genere. Sed hoc non enervat argumentum factum: tū quia (vt supra dicebam, disputatione 29) quamuis potē-
tiae istae viribus suis possint efficere rationes intelle-
ctionis & amoris, vt abstracte consideratae possint
in qualibet specie saluari: tamē, prout in re ipsa sunt
contractae ad actus supernaturales, non possunt at-
tingi ab his potentijs, viribus naturae, quia in illis
sunt eleuatae ad superiorem ordinem: sicut ratio
qualitatis vt sic, fieri interdum potest à calore; non
tamen, prout contracta est ad esse gratiae: tum etiam
quia in hoc eadem est ratio de effectione gratiae, vel
de alio opere supernaturali. Nam cum humanitas
Christi natura sua possit efficere aliquam qualitatē,
atque adeo attingere rationem qualitatis vt sic, eā-
dem ratione eleuari poterit, vt efficiat superiorem
qualitatē, nempe gratiam, quamuis naturaliter il-
lam efficere non valeat.

Responso.

Respon. ad

argum.

Ad fundamentum contrariae sententiae respon-
dendum est ex professo in sect. 5. nunc breuiter di-
citur, humanitatem eleuari per potētiā obedientia-
lem, adhibito conuersu illi proportionato. Ad il-
lud vero, quod ibi dicitur de causalitate morali, aut
de conditione, ad cuius praesentiam Deus operatur,
respondetur, hoc non satis esse ad verā & propriam
efficientem, quam Scriptura sacra, & sancti Patres
humanitati Christi tribuere videntur. Nec testimo-
nia Sanctorum ibi citata aliquid iuuant, nam in
his locis satis docuerunt, quid de hac virtute, & ef-
ficientia sentirent: in illis vero locis solum inten-
dunt docere, quid conueniat humanitati ex virtute
propria, & quid ex virtute diuinitatis. Et ita di-
stinguunt actionem quasi praeuiam humanitatis, vt
est tactus, vel locutio, in qua virtus humanitatis se-
cundum se terminatur, à principali effectu, verbi
gratia, suscitatione mortui, qui principaliter fit ex
virtute diuinitatis; non tamen solius, sed mediis ta-
ctu, vel voce, aut alio simili actu humanitatis. Et
hunc esse verum sensum, praeter citata, constat ex
Damasceno, tertio de fide, cap. 15. vbi dicit, aliter
passiones humanitatis tribui Christo Deo, & ope-
ra diuinitatis Christo homini. Primum enim ve-
rum est, propter solam communicationem idio-
matum, non quia illae passiones ad diuinitatem
transcant; secundum vero, non propter solam
communicationem idiomatum, sed etiam, quia
interdum illa opera per ipsam humanitatem perfe-
cta sunt.

Damas.

Ad vltimam confirmationem, quae sumebatur
ex quibusdam effectibus, in quibus non videtur ha-
bere locum efficientia physica, respondetur primum,
satis esse, humanitatem Christi habuisse hanc phy-
sicam efficientiam circa illos effectus, ad quos est
necessaria: nam si ad aliquos necessaria non est, non
ideo in alijs est neganda; cum enim dicitur Christus
efficere aliquod miraculosum opus, verè ac propriè
intelligitur, illum efficere modo necessario, vel ta-
li effectui accommodato, & ita effectus physicos ef-
ficiebat physice morales moraliter. Sicut, cum di-
citur satisfecisse perfectè per humanitatem, quia ef-
fectus ille moralis est, optimè intelligitur de morali
perfectione seu efficacia: & cum permisit Dominus
demonibus, vt in porcos intrarent, non est necesse
interuenisse physicam efficaciam, sed tantum per-
missionem, & ad eundem modum dici potest in si-
milibus. Adde vero, in omnibus effectibus in con-
firmatione illa numeratis posse intelligi physicam
efficientiam: potuit enim, vt expelleret daemones,
effectiue loco mouere, etiam repugnantes, vel po-
tuit etiam necessitatem physicā illis inferre, vt ipsi
conferrent, & se mouerent. Et simili modo po-
tuit reuocare animam Lazari, quantum ad motum
eius localem pertinet, nam de vnione illius ad cor-
pus non est dubium, quin per physicam efficien-
tiam fieri debuisset. Denique, cum ambulabat super
aqua,

Ss

aqua,

Diges, ideo has potētiās posse eleuari ad hos actus,
quia, cum per vires suae naturae possint efficere actus
intelligendi & amandi in genere, mirum nō est, quod
Fr. Suarez, Tom. 1.

aquas, poterat vel effectiue sustinere pondus corporis sui, vel continere aquas, ne loco cederent. Et sic de alijs similibus.

SECTIO IV.

Utrum hæc virtus efficiendi miracula, seu gratiam, fuerit communicata humanitati tanquam principali agenti, vel tanquam instrumento.

Non agimus de causa prima, quæ in actione sua a superioris influxu non pendet. Hoc enim modo, non solum gratiam, vel supernaturalia opera, verum nec naturales ipsas actiones, poterat Christus per humanitatem operari; quia (vt supra dictum est, & per se constat) in illis operabatur vt causa secunda, indigens influxu primæ causæ. Agimus ergo de causa principali, eo modo, quo causa secunda habet in suo ordine sufficientem virtutem ad effectum producendum. Et præsertim esse potest difficultas de effectione gratiæ: nam in Scriptura sacra Christus Dominus dicitur fons & auctor gratiæ, iuxta illud Ioann. 1. *Gratia, & veritas per ipsum Christum facta est*, & ad Ephes. 1. *Gratificauit nos in dilecto Filio suo*; ergo & principalis causa gratiæ. Secundo, quia Christus est per se gratus est per essentiam, alij per participationem: ipse habet à se gratiam, alij ab ipso; ipse est exemplar, cui alij per gratiam efficiuntur similes; sed hæ sunt proprietates causæ principalis, ergo. Tertiò, quia, si humanitas Christi tantum esset instrumentum gratiæ, haberet gratiam modo minus perfectò, quam sit in effectu, quia instrumentum, nec formaliter, neque eminenter continet formam, quam effectui communicat, sed inferiori, & minus perfectò modo. Quartò, quia sacramenta, vel ministri sacramentorum, sunt instrumenta Christi ad producendâ gratiam; Christus igitur altiori modo illam producit, atque adeo vt principalis causa. Propter hæc & similia argumenta, nonnulli aut sunt dicere, Christum efficere gratiam per humanitatem, tanquam per causam principalem, quæ sententia habet speciem pietatis aliquam, veritatis autem, aut probabilitatis nullam: quin potius, loquendo de causa propriè & physicè efficiente, vt nunc loquimur, existimo esse omnino falsam, & temerariam. Nam loquendo de causa meritoria, potest in genere dici Christus causa principalis, vt loquitur D. Thom. in 4. dist. 5. q. 2. artic. 2. quæstiuncula 2. quia propria virtute, & dignitate potuit perfectissimè mereri, & meritum eius plus valuit, quam omnis gratia creata, nunc vero non de hac causa agimus, sed de causa propria efficiente.

Humanitas Christi in miraculis efficiendis solum sementum Verbi.

Dico ergo primò, humanitatem Christi Domini non fuisse principium principale proximum ad efficiendâ miracula, sed solum organum seu instrumentum Verbi diuini. Ita sentiunt omnes Theologi, præcedenti sectione citati pro vtraque sententia ibi tractata, qui potissimum conueniunt in parte negatiua huius conclusionis. Patres etiam ibi citati, ad summum, tribuunt humanitati Christi, quod sit Verbi instrumentum ad hos effectus efficiendos. Ratione facillè demonstrari potest: quia si humanitas posset concurrere, vt principale principium ad has actiones, vel id esset per seipsam, vel per aliquam virtutem illi superadditam: primum dici non potest, quia cum humanitas de se non habeat intrinsecam virtutem sufficientem ad hunc effectum, si nihil ei superaddatur, nullo modo operari potest vt principalis causa, de cuius ratione est, vt habeat intrinsecam virtutem, & sufficientem ad effectum, & vt possit illum producere vi sua, & ex concursu primæ causæ sibi debito: & ideo ad hoc non satis est obedientialis potentia, quæ pertinet ad rationem diuini instrumenti, vt infra dicitur, a-

liis omnia sacramenta essent causæ principales, quia eleuantur ad agendum per potentiam obedientialem. Secundum etiam dici non potest, quia illa virtus superaddita, non posset esse nisi aliqua qualitas inhærens humanitati. Neque enim esse potest aliqua forma substantialis, quia nec posset esse in humanitate Christi, nec per seipsam pertinere ad ordinem supernaturalem, imò nec transcendere gradum angelicum: oportet ergo, vt sit forma accidentalis, & consequenter qualitas, quæ sola est principium operandi: non potest autem fingi neque intelligi qualitas aliqua, quæ ex natura sua habeat sufficientem virtutem ad efficiendâ hæc opera cum solo Dei concursu sibi connaturali. Primò, quia talis forma non posset hoc modo esse principium creationis; nam ille modus agendi requirit, saltè in principali agente, infinitam virtutem, vt demonstratur in 1. Part. quæst. 45. artic. 5. neque etiam posset esse principium miraculose transmutationis rei iam existentis: quia hæc non fit iuxta naturalem capacitatem subiecti, sed iuxta obedientialem, & ideo fieri non potest ex connaturali virtute formæ creatæ, vt rectè D. Thom. sentit in 1. Part. quæst. 115. artic. 2. ad quartum. Quia vnaquæque res creata in hoc genere solum respectu sui auctoris & creatoris habet hanc obedientialem potentiam: tum quia hæc capacitas obedientialis habet quasi pro obiecto adæquato, quidquid non repugnat, & ideo solum dicit ordinem ad illud agens, quod efficere potest, quidquid non repugnat: quod si sit principale, necesse est, vt virtutem habeat infinitam: tum etiam quia natura non obedit ad nutum, nisi auctori suo, solus enim auctor nature potestatem habet supra totam naturam. Cum ergo in omni opere miraculoso quasi abrogentur, & rumpantur nature leges, nulla virtus creata potest hoc modo vt principale agens operari, sed solus ille, qui est supra omnes leges nature creatæ. Secundo, quia vel hæc qualitas, seu forma esset vna & eadem sufficiens ad omnes actiones miraculosas, & hoc cerè incredibile est: nam illæ operationes infinitis modis fieri possunt, & in diuersis generibus & ordinibus; excedit ergo perfectiorem cuiuscunque qualitatis (quam necessario finitam esse oportet) vt de se habeat sufficientem, & principalem vim ad hæc omnia efficiendâ. Vel ad singula miracula specie distincta oporteret singulas qualitates, aut formas ponere, & hoc etiâ stare non potest. Primò, quia oporteret huiusmodi formas ferè in infinitum multiplicari. Secundo, quia talis forma in vno opere, vel effectu posset operari præter & supra ordinem legemque nature, cur non in quolibet? Tertiò, quia sæpe opus miraculosum non consistit in productione alicuius rei, vel formæ supernaturalis, sed in modo agendi, vt patet in illuminatione cæci à natiuitate, qui modus agendi propriè oritur ex suprema potestate auctoris nature; vnde intelligi non potest forma creata, & finita, cui naturale sit illo modo operari. Quartò, quia huiusmodi miraculosa actio sæpe est substantialis mutatio, quomodo ergo qualitas erit proprium, & principale principium illius? Quintò, qualitas finita habet terminum, & modum in agendo, nam potest impediri à medio, vel ex resistantia subiecti retardari, quæ non conueniunt in hanc virtutem miraculorum operatricem. Sextò, si fingatur illa qualitas esse ordinis naturalis, non posset sua propria virtute efficere transmutationes supernaturales: si verò sit ordinis supernaturalis, vel erit principium agendi solum actione transeunti, ad modum naturalium formarum: & hic modus, cum sit valde imperfectus, indicat imperfectam naturam, & ideo non conuenit huic gratiæ miraculorum: vel erit principium actuum immanentium, & vitalium, & ita oportet, vt sit habitus intellectus, aut voluntatis. Talis autem qualitas, & non videtur